



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Sent j. Rom. v. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum S.  
qui datus est nobis. lxxxij..

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

286 CONSOL. EX SPIRITVS S. MISSIONE.  
postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Est et Pa-  
tronus. Patroni enim est, sugerere clienti, quae sunt  
utilia, atque ad ea adhortari: consolari marentem, &  
intercedere pro eo. Itaque cum Spiritus sanctus dicitur  
Paracletus, seu Consolator, & Aduocatus, & Patro-  
nus: significatur, quod Ecclesia causam in se recipiat  
tanquam suam: adsit laboranti monendo & consolando:  
Admonitorem se & Preceptorem exhibens in certami-  
bus virtutis, solatiū ac subSIDium in afflictionibus. Et  
opitulatur imbecillitatē nostrā: sicut scribit idem Apo-  
stolus Paulus. Spiritus, inquit, adiunxit infirmitatem  
nostram. De hac exuberante Spiritus Sancti gratia, s.  
Scriptura Sententia quae sequuntur, satis superque  
testificantur.

SENTENTIÆ S. SCRIPTVRÆ, DE  
SPIRITVS SANCTI GRATIA.

SENTENTIA I. Roman. 5.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per  
Spiritum sanctum qui datus est nobis.

PARACLESIS.

CAPVT  
LXXXII.  
Chrys. ser.  
9. in Epist.  
ad Rom.

**N**on dicit Apostolus, quoniam data est: sed quo-  
niā diffusa est Charitas Dei in cordibus nostris  
ut largitatem & abundantiam manifestet. Donum  
quippe tale dedit, quod esset maximum: non calum, non  
terram, non mare, sed quod istis omnibus pretiosius est:  
quodque ex hominibus, & angelos & filios Dei, &  
coheredes Christi fecit. Quid verò donum istud est? Spi-  
ritus videlicet sanctus. Proinde Dilectionis sue feru-  
rem hinc potissimum ostendit, quod non paulatim nos  
aut modice honorauit: sed simul honorum quasi fontem  
Dilectio-

Missionem in nos effudit. Noli itaque etiamsi non adnum dignus fueris, animum despondere: cum habeas inungens patrocinium iudicis, uidelicet Dilectionem.

## SENTENTIA II. Roman. 8.

Spes lui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videamus speramus, per patientiam expectamus. Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram.

## PARACLESIS.

**S**i questurus es hic omnia: quis erit Spei locus? **C A P U T**  
**Q**uid igitur est Spes? De futuris fiduciam habere. **LXXXIII.**  
 Quid enim magni Deus abs te petit, qui sp̄ote sua bona Chrys. serm.  
 tradidit uiuērā? Vnum hoc solum abs te petit, sp̄e vi- <sup>14. in Epis.</sup>  
 delicit: quatenus & ipse habeas, quod simul ad salutem  
 tuam conferas. Sicut Apostolus dicit: Quod si qua non  
 videamus speramus, per patientiam exspectamus. Nam  
 vult laborantem Deus ac fatigatum, innumerāq; pas-  
 sionem, ita sperantem coronat. Verumtamen & hoc spe-  
 renti, ut animam fatigatam consolareetur, largitus est.  
 Dinde, ut ostendat quod ad facilitatem praestande sp̄ei  
 multo fruamur auxilio, subiungit: Consimiliter autem &  
 jūris auxiliatur infirmitatibus nostris. Id quidem  
 quod patientia est, tui muneris erit: quod verò faculta-  
 tes illam seruandi, ex spiritu est: qui te ad sp̄em illam  
 uenit, per quam & labores tuos leuiores reddit. Sicut  
 nos per patientiam expectantes nitimur ad cœle-  
 stium hereditatis consecutionem: ita etiam Spiritus  
 tuus admonet auxilium suum deficientibus, cœu ma-  
 porrigens laborantibus.

## SENTE-